Diözese Passau / Salzburg, 

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Lectio. Dominica adventus domini. Ad Romanos.
Scientes quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus quam cum credidimus. Nox praecessit: dies autem appropinquavit. Abiciamus ergo opera tenebrarum: induamur arma lucis. sicut in die honeste ambulemus. non in comessationibus et ebrietatibus non in cubilibus et impudicitiis non in contentione et aemulatione. Sed induimini dominum iesum xpm.

Sillot: Cum appropinquaret ihc hierusalem. Matthm. Venisset bethfage ad montem oliveti tunc misit duos discipulos dicens eis. Ite in castellum quod contra vos est: statim invenietis asinam alligatam. et pullum cum ea. Solvite et adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit: Dicite quia dominus his opus habet continuo dimittet eos. Hoc autem totum factum est ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Dicite filie sion. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus et sedens super asinam et pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli: fecerunt sicut praecepit illis ihs. Et adduxerunt asinam et pullum: et imposuerunt super eos vestimenta sua. et eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba straverunt vestimenta sua sibi: alii autem cedebant ramos de arboribus. et sternebant viam. Turbe autem que precedebant et que sequebantur: clamabant dicentes. Osanna filio dauid benedictus qui venit in nomine domini. Dnica ij. Ad Romanos.

Lectio. Quecumque scripta sunt adoctrinam doctrinam